


2/96

KALENDIS AVGVSTIS
MCMXCVI



RVMOR VARIVS



TOMVS 19

FASC. 113

PRÆFATIO

IMPRESSUM

RVMOR VARIVS a SOCIETATE LATINA TURICENSI, in aedibus, quibus nomen aeschlimann publicity est, editur.

RVMOR VARIVS sexies in singulos annos editur.

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis (annuum):

In Helvetia	sFr.	24.--
In Germania	DM	39.--
In Austria	öS	276.--
In ceteris Europae terris	sFr.	36.--
In terris trans maria sitis	US\$	29.--

Singula specimina qui rogaverit, gratis accipiet.

Collegium redactorum:

Udalricus Aeschlimann lic.phil.
Dr.phil. Emanuel Bernard
Dr.med. W.F. Ebel (AMICUS)
Barbara Maier
Martinus Meier
Daniel Weissmann

Impressum et dispositionem rerum legentibus publicandarum curat:

Christina Meier-Portner

Typographeum:
Copy Quick, Saloduri

Epistulae, mandata mittenda sunt ad domum editoriam

RVMOR VARIVS
c/o aeschlimann publicity
Stadthausstrasse 65
CH - 8400 Winterthur

Institutum pecuniarium:
Schweizerischer Bankverein
Zürich-Oerlikon
RVMOR VARIVS P7-642.719.0

IMPRESSUM

RVMOR VARIVS wird von der SOCIETAS LATINA TURICENSIS bei aeschlimann publicity herausgegeben.

RVMOR VARIVS erscheint 6 mal jährlich.

Auflage: 330

Abonnementspreis (jährlich):

Schweiz	sFr.	24.--
Deutschland	DM	39.--
Österreich	öS	276.--
Übriges Europa	sFr.	36.--
Übersee	US\$	29.--

Einzelne Probenummern sind gratis erhältlich.

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann lic.phil.
Dr.phil. Emanuel Bernard
Dr.med. W.F. Ebel (AMICUS)
Barbara Maier
Martin Meier
Daniel Weissmann

Grafik und Layout:

Christine Meier-Portner

Druck:
Copy Quick, Solothurn

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS
c/o aeschlimann publicity
Stadthausstrasse 65
CH - 8400 Winterthur

Bankverbindung:
Schweizerischer Bankverein
Zürich-Oerlikon
RVMOR VARIVS P7-642.719.0

Amicae et amici nostri!

Tandem huius anni libellum secundum RUMORIS VARIII accepistis! Quod moderator negotiis in schola in discipulis docendis maxime occupatus erat, id prius fieri non potuit. Nunc autem feriae adsunt, et sine ampliore mora hunc libellum conficere coepi.

Conventu redactorum anniversario habito nobis placuit etiam hoc anno libellum 5+6/96 uni argumento praecipue dedicare. Nos ita libellis 5+6/94 et 5+6/95 iam fecisse certe non obliti estis.

Tertium igitur hoc anno argumentum vere varium vobis proponimus: "Nuntii ex mundo pelliculae."

Sive de pelliculis cuiuslibet modi, sive de actricibus, actoribus dispositoribusque cinematographicis, sive de festivaliis vel technyphiis cinematographicis celeberrimis - velut 'Cinecittà' Romae vel Acrifoliis (Hollywood) -, nulli vobis fines vel limites sunt! Hoc unum petimus, ut scribatis et nobis mittatis quam plurimas symbolas varias, quas in libello 5+6/96 divulgare possimus. Maximas gratias!

Praeterea Latinitatem nostris temporibus vivere intellegi potest ex duobus nuntiis, quos amici nostri Italici nobis miserunt: Alexandria (Alessandria) ex urbe Italica Giuseppe Amadio et Orestes Carbonero (cuius carmina saepe in RUMORE VARIO divulgata certe non ignoratis) nobis paginam actorum diurnorum miserunt percontationem bilinguem - sermone et Italico et Latino - continentem.

Pisauro (Pesaro, qua in urbe Italica musicus celeberrimus Gioacchino Rossini natus est) Victorius Ciarrocchi nos certiores fecit linguam Latinam - ut nostram aetatem computatrorum decet - etiam in eo conexu, qui 'internet' dicitur, inveniri posse (<http://www.internetforce.com/pesaro/latino>).

Relationes de his rebus invenietis in hoc libello titulis 'Percontatio bilinguis' ("Latin's Lovers") et 'Nuntius pro lingua Latina' ("Navigate, ma con Cicerone").

Utinam fruamini tempore aestivo, cum post fluctus magnas
Europae partes imbris obruentes calor et aestas tandem
venerint!

Valete!



Daniel Weissmann



Sententiae Hispanicae

Ecce sententiae poetarum, scriptorum, philosophorum, arti-
ficum Hispanicorum et Latinoamericanorum in Latinum versae!

No es dichoso aquel a quien la fortuna no puede dar nada
más, sino aquel a quien no puede quitar nada.

Francisco de Quevedo y Villegas (1580-1645)

Beatus non est ille, cui fortuna nihil amplius
dare potest, sed ille, cui nihil eripere potest.

*

Dijo la rana al mosquito desde una tinaja: "Más quiero mo-
rir en el vino que vivir en el agua."

Francisco de Quevedo Villegas (1580-1645)

Rana in amphora sedens culici dixit: "Malo in vi-
no mori quam in aqua vivere."

*

El que busca la verdad corre riesgo de encontrarla.

Manuel Vicent (*1936)

Ille, qui veritatem quaerit, in periculum venit,
ne eam invenit.

*

Un problema muy serio que nuestra realidad desmesurada
plantea a la literatura es el de la insuficiencia de las
palabras.

Gabriel García Márquez, Colombianus, (*1928)

Gravissima difficultas, quae nostra realitas im-
modica litteris obicit, sunt verba, quae non suf-
ficiunt.

*

La incertidumbre es una margarita cuyos pétalos no se ter-
minan jamás de deshojar.

Mario Vargas Llosa, Peruanus (*1936)

Incertum est flos, cuius petala numquam desinunt
excidere.

*

Hay tantas realidades como puntos de vista. El punto de
vista crea el panorama.

José Ortega y Gasset (1883-1955)

Tot veritates sunt, quot rationes sentendi. Ratio
sentendi circumspectum in omnes res efficit.

*

Sólo cree saber bastante el que no sabe nada.

Manuel Tamayo y Baus (1829-1898)

Tantum ille, qui nihil scit, se satis scire existimat.

*

En todas las cosas de la vida se encuentra placer, si se sabe saborearlas.

Angel Ganivet (1862-1897)

Ex omnibus rebus vitae gaudium delectatioque capi possunt, si scimus eis frui.

* * * * *

Malhaya quien nace yunque en vez de martillo.

Manuel de Falla, compositor (1876-1946)

Miser est, qui pro malleo incus nascitur.

*

El inconveniente de la autocrítica es que los demás pueden llegar a creerla.

Mario Benedetti, Uruguayus (*1920)

Incommodum iudicii sui ipsius est, ut ceteri id iustum esse postremo putare possint.

*

Las modas son legítimas en las cosas menores como el vestido. En el pensamiento y en el arte son abominables.

Ernesto Sábato, Argentinus (*1911)

Consuetudines temporariae in rebus minoribus velut vestitu legitimaesunt. Sed in cogitando et in arte detestabiles sunt.

*

Los hombres movidos por ideales dejan de interesarse por la política.

Eduardo Punset, politicus (*1936)

Homines imaginibus rerum perfectissimis commoti desinunt rebus politicis studere.

*

La música es el arte más directo, entra por el oído y va a corazón.

Magdalena Martínez, aulatrix (*1963)

Ars maxime directa est musica: intrat audiendo et statim ad cor ipsum it.

*

El hombre se diferencia del animal en que bebe sin sed y ama sin tiempo.

José Ortega y Gasset (1883-1955)

Eo modo homo a bestiis differt, ut bibat non sitiens et amet non satis temporis consumens.

*

La soledad es el precio de la libertad.

Carmen Díez de Ribera, política (*1942)

Libertatis pretium est solitudo.

*

Quien recibe lo que no merece pocas veces lo agradece.

Francisco de Quevedo y Villegas (1580-1645)

Accipientes ea, quae non merent, raro gratiam habent.

In Latinum vertit Daniel Weissmann



'Il Piccolo', Alessandria, die 17° Aprilis 1996

In margine alla conferenza al Plana

“Latin's lovers”

La lingua di Cicerone fa moda?

di Giuseppe Amadio

ALESSANDRIA - Il latino fa audience, ha detto Enrico Patria, uno degli "amici del Plana" che hanno organizzato la pubblica conferenza tenutasi giovedì scorso presso il liceo classico cittadino. E l'ha detto a ragione. L'aula magna non aveva posti a sedere sufficienti per tutti gli intervenuti: docenti, studenti, ex allievi, ma anche disinteressati amanti del latino (perché oltre ai latin lovers ci sono i latin's lovers, inglese permettendo). Tra i quali la presidenza segnalava il Prefetto e il giudice Emiliani, mentre il vescovo, impegnato altrove, in un messaggio di saluto si dichiarava egli pure amante e cultore delle lingue classiche.

La serata alessandrina era stata inserita nella rubrica "appuntamenti" dell'«Osservatore Romano», ma dubitiamo molto che ciò abbia inciso sul suo successo, visto che il giornale vaticano non arriva alle nostre edicole. No. Il merito va tutto al latino e agli oratori invitati a parlarne, Guido Angelino e Oreste Carbonero, ben noti, stimati e amati in questa città, che è anche loro. Sono coautori, insieme con una dozzina di altri lessicografi di tutta Europa, del «Lexicon recentis latininitatis», Libreria Editrice Vaticana, il più autorevole dizionario di neologismi latini. Ed entrambi, in modo e con sottolineature diverse, sostengono la perenne attualità dell'antica lingua di Roma. La relazione di Carbonero, docente di ruolo al Plana, salutato da un'ovazione che non finiva più, puntava a dimostrare l'ininterrotta vitalità del latino come strumento espressivo. In modo sobrio e limpido egli ci ha proposto un'oculata rassegna di episodi esemplari. Ha incominciato con quella badessa che nel X secolo componeva commedie latine per offrire alle consorelle alternative edificanti alla lettura del pagano e moralmente dubbio Terenzio. Ha proseguito con Pietro Bembo, agguerrito fautore del volgare come lingua letteraria contro il latino, che invece proprio in latino scrisse gli splendidi versi in onore di Raffaello nel Panteon. Ed è andato avanti attraverso i secoli fino alla Rivoluzione Francese e al Giappone di oggi - dove c'è persino un filologo classico che sta riscrivendo l'Eneide per correggerne le imperfezioni metriche! - per concludere citando i certamina (gare di composizione) e le riviste totalmente latine che in Germania, Belgio, Francia, Svizzera e Stati Uniti, oltre che in Vaticano, si pubblicano.

Angelino, già docente (fu maestro di Carbonero) e già preside, oggi in attivissimo riposo, ha soprattutto sostenuto la possibilità e la necessità di rinnovare il metodo didattico, con l'introduzione almeno sperimentale di momenti di insegnamento del latino in latino. E ha mostrato coi fatti la sua tesi: giunto a circa un terzo del suo intervento,

Intervista bilingue col professor Angelino

PERCONTATIO BILINGUIS

Allora, professore, vogliamo incominciare?
Nullam habeo difficultatem.
 E fin qui si capisce. Dunque si può parlare in latino al giorno d'oggi?
Hoc iam fit.
 In che senso succede già? Ita est. Nos "neo-Latinistae" bis in anno...
 Piano, piano! Voi due volte all'anno cosa fate?
Congregamur in aliquem locum...
 Vi riunite e poi?
Et per unam hebdomadam tantummodo Latinae colloquimur.
 Una settimana tutta e solo in latino! Dev'essere pesante...
Animadvertite, quaeso. Lingua Latina duplex est.
 Cosa significa "è duplice"?
Ex una parte est lingua litteraria, satis difficilis; sed ex altera parte est sermo colloquialis, cotidianus, quo ipsi antiqui Romani loquebantur.
 Lo credo bene. Non potevano certo parlare tutti e sempre come Cicerone nel foro! E dunque a questo latino semplice e chiaro puntate voi "neolatinisti"? Ma, quanti siete e cosa avete in mente?
Pauci sumus, sed hodie in tota Europa crescit numerus eorum, qui sibi proponunt ut lingua Latina, - simplex, cotidiana - iterum resurgat.
 E come pensate di riuscire a farla risorgere?
Finis noster hic est: ut tandem aliquando lingua Latina incipiat doceri et disci sicut hodie aliae linguae docentur et discuntur.
 Insomma, proponete un nuovo metodo di insegnamento e di apprendimento. Ma il mondo è cambiato e gli antichi Romani non avevano neppure la bicicletta.
Illi habebant bigas (bis+lugum); nos habemus birotas (bis+rota).
 Oggi in realtà i giovani non hanno neanche la bicicletta, hanno tutti la mountain bike.
Quae est "birota montana"?
 E col computer come la mettiamo?
Hoc Anglicum verbum, sicut multa alia hodierna, originem ducit ex verbo Latino "computo, computare".
Facile igitur illud Latine reddere possumus "instrumentum computatorium".
 Bene, professore. Credo che possa bastare. E, se permette: gratias tibi ago maximas.
Valde miror, amice, te quoque captum esse incantamento Latini vivi. Valde miror et gaudeo.

Giuseppe Amadio

lo ha proseguito e portato a termine in latino. Ha fatto ciò senza pomposità, senza esibizionismo, con molta scioltezza, humour e soprattutto appassionatamente. Il pubblico ha seguito prima sorpreso, poi divertito, sempre at-

tento. E a noi è venuta l'idea di seguire il giovanile entusiasmo di Angelino proponendogli un'intervista inconsueta, bilingue, per offrire anche a quanti giovedì non erano al Plana un piccolo assaggio di latino parlato.



De viatore assiduo

Phoca ingens nomine macrorrhinus angustirostris in mari pacifico septentrionali vitam agit. Modus vivendi animalis illius sane singularis est.



Phoca illa altius et diutius mergi potest ceteris pinnipedis. Quod nobis notum erat. Nuper autem homines docti peregrinationes phocarum diligentius observaverunt et itinera earum mensi sunt. Repperunt hoc: mares quotannis bis e litoribus insu-

lae Californianae nomine 'San Miguel' ad insulas Aleutes, quae ad orientem spectant, natant. Tum ad prima loca renant. In insula 'San Miguel' feminae prolem pariunt et alunt.

Itinera marum revera unius et viginti milium chiliometrorum singulis annis sunt. Res sane mirabilis est. Causam peregrinationum autem ignoramus.

Barbara Maier

Nuntius pro lingua Latina

CLASSICI & INFORMATICI / A PESARO PER LA PRIMA VOLTA IL LATINO SBARCA SU INTERNET

Navigate, ma con Cicerone

Servizio di
Giovanni Lanti

PESARO — La lingua più diffusa su Internet è indubbiamente l'inglese. Ma per paradosso solo una componente ridotta del popolo che naviga sulla rete delle reti conosce bene la lingua della «perfidia Albione». Il risultato è che non tutti possono sfruttare al meglio le potenzialità di Internet. Da oggi, timidamente, da Pesaro, sulla rete che ne ha viste di tutti i colori si affaccia una novità. Provare a comunicare solo in latino. Una bizzarra, inventata dai responsabili della pesante «Internetforce» per farsi pubblicità? Macché, i gestori del «nodo» pesarese ci credono realmente, tanto da aver affidato al professor Vittorio Ciarrochi, che al latino ha dedicato da appassionato tutta la vita la gestione e la moderazione dei dibattiti che scaturiranno. Le premesse sembrano interessanti sin dalla prima fase del collegamento al nuovo sito — il primo al mondo di questo tipo — in cui compaiono due sculture romane e un «Nuntius pro lingua Latina» rivolto «Omnibus latinistis cultoribus Victorius Ciarrochi Pisaurensis».

Professore, si tratta di uno scherzo? Su Internet sono nate forme espressive super contratte, frutto dello slang anglo-tecno-cyber-punk...

«Le intenzioni di questo sito sono serie. Devo però ammettere che chi si collega viene accolto da una premessa che dice: «Risum teneatis oportet, vos omnes qui haec verba latina legitis». Lo scopo di questa iniziativa rimane quello di favorire il colloquio in lingua latina».

Perché se ne sentiva il bisogno?

«Il latino possiede pregi che nessuna altra lingua ha».


Può fare un esempio?

«Il sintacco, ha un lessico di base comune a più lingue come italiano, francese, spagnolo, portoghese, rumeno e un 30-40% di inglese. Ha duemila anni di storia e fino alla vigilia della Rivoluzione francese era usata come lingua internazionale

Realizzato da

Vittorio Ciarrochi
il primo sito per
la lingua degli avi

Lo studioso: «Non
sarà una rete solo
per esperti, servirà
anche ai giovani»



nelle comunicazioni scientifiche».

Il latino potrebbe essere una specie di nuovo esperanto?

«No, questo non potrà avvenire. Certe aree del mondo rimangono estranee al latino. Non si può pretendere che questo sfondi in



Accanto, il latinista Vittorio Ciarrochi

si può anche parlare un latino molto semplice. Come quello documentato dalle commedie di Plauto e Terenzio e dal latino cristiano. Noi, come diceva Cicerone, «facillimus ordinatur»: cioè cominciamo dalle cose più facili».

Si può già dire «Internet» in latino?

«Ancora no. Questa parola va studiata. Ma possiamo dire computer ("computatrum" e "ordinatrum")».

E «mouse» come si dice?

«Forse "mus", che vuol dire topo. Ma anche in questo caso sono aperte altre ipotesi».

Che dibattiti si aspetta di vedere, forse di politica?

«Se qualcuno dovesse dire "colloquium de novis magistratibus qui munus rei publicae regendae explebunt", in altre parole volesse parlare del nuovo governo, le porte sono aperte. Anche se io per dire la stessa cosa adotterei una forma molto più sintetica...».

E chi ha un latino arrugginito, resterà emarginato?

«Niente affatto anche se il nostro scopo è quello di mettere in comunicazione i cultori e gli appassionati del latino. Non risponderò a tutti proprio per lasciare la massima libertà. E non ci saranno errori rossi e blu, come al liceo: prevale la tolleranza, perché io stesso non sono esente da errori. Anzi, sono un "simplex tiro", un dilettante».

Non c'è il rischio che una volta gli studenti le chieda di fare i loro compiti?

«Se gli studenti chiederanno aiuto, in casi di versioni dall'italiano al latino, cercherò, nei limiti di aiutarli. Creeremo anche un vocabolario che crescerà di giorno in giorno sempre con termini nuovi e più aggiornati».

Allora il latino sbarca su Internet sotto i migliori auspici...

«E' il caso di dire "Quod num. faustum, felix, fortunatumque sit", cioè "la qual cosa buona, fausta, felice e fortunata". Per averne la prova digitale sul computer: <http://www.internetforce.com/pesaro/latino/>

India, ma da Lisbona a Berlino, da Londra a Palermo il latino ha grandi carte da giocare, radici che sarebbe un delitto far disseccare».

Per un giapponese sarà sempre più conveniente imparare l'inglese...

«Il latino continua ad essere più facile in quanto alla pronuncia, perché si legge come si scrive, tenendo presente che la vera pronuncia è quella "restituita" da quarant'anni a questa parte da un convegno di latinisti ad Avignone. La sinassi è più complessa di quella inglese, ma

viros! - lingua Latina viva uti velint vel potius valeant, multis legentibus hic nuntius fortasse ridiculus videbitur. Attamen puto aetate quoque nostra huius linguae usum aptissimum existimandum esse ad nuntios cuiusquemodi communicandos at ad homines inter se sociandos. Eos praesertim dico homines, qui pro viribus contendunt ne Europensium unitatis favendae promissa irrita cadant. Ad hanc unitatem assequendam quid melius quam sermo Latinus, quippe qui non solum praestantiae subtilitatisque nihil amiserit, sed brevitate et perspicuitate inter multas emineat linguas? De Romanorum sermonis brevitate unum liceat exemplum afferre. Quae vis insit verbis Anglicis "The right man in the right place", omnes fere intellegunt. Sed ea sententia Latine verti potest his tantum quattuor verbis: "Homo aptus apto loco". Dicendum est igitur simplici atque huius aetatis necessitatibus accommodato sermone Latino complures uti posse.

Praeterea nonnulli homines hodie computatris utuntur, quae in dandis accipiendisve nuntiis magno sunt emolumento. His instrumentis usi, cur inter se non scribunt, non interrogant, deque novis verbis Latine reddendis iudicium non ferunt omnes viri (magistri, discipuli, alii), quibus lingua Latina est cordi? Omnium Latinitatis cultorum animadversiones, quae non tantum iucundae, sed procul dubio utiles erunt, libenter legam, et huiusmodi colloquiorum - quamvis mihi exiguae sint ingenii vires - magno cum gaudio me participaturum esse spero.

Sed nunc facere non possum, quin de adolescentium conditionibus mentem meam aperiam. Quamvis enim plerique in scholis magistri sermonem Latinum neglegant, et saepe eos non pudeat splendidam hanc linguam oblivione obruere, tamen adolescentes non raro inveniuntur, qui hodie Graece et Latine se exercent, quique non ignorent, quod quantumque Latinitatis studia ad ingenia formanda ac rerum civilium vim spiritumque favendos valeant. Nolite ergo deterreri, optimi iuvenes, sermone Latino, quo saltem ad vestram linguam melius altiusque noscendam utamini. Si verba Latina ad nostri temporis res condicionesque significandas deesse vobis videntur, non est causa, cur huius linguae studium omittatis: eorum enim vocabulorum, quae difficilium Latine redduntur, non desunt optima lexica, quorum auxilio nostri

'Il Resto del Carlino' die 8° Maii 1996, p. 14

Omnibus Latinitatis cultoribus Victorius Ciarrochi Pisaurensis S.P.D.

Risum teneatis oportet, vos omnes, qui haec verba Latina legitis. Cum enim abhinc multos annos sermonis Latini usus neglectus iaceat et perpauci homines - inter doctos quoque

sermonis copia augeri potest. Ad adulescentes denique instituendos suadet, ut hi de fructibus, quos Latinitatis studium parit, certiores fiant, iidemque per litteras Latine scriptas, inter se communicent.

Omnes igitur Latinitatis amicos et fautores rogare, obsecrare, liberaliter invitare liceat, ut linguam Latinam foveant propagentque. Hoc omnibus votis expeto. Haec enim scripsi, Romani sermonis amore unice permotus et valde confisus instrumenta computatoria summae voluptati atque utilitati fore ad Latine communicandum. Latinam igitur oportet alere flammam.

Dabam Pisauri (Italia), die VII^o mensis Maii MXMVI

Internet: <http://www>.

Internetforce. com/pesaro/latino

Victorius Ciarrocchi, Pisauensis



SOLUTIONES

Ecce solutio aenigmatis libelli 1/96 —

1	2	3	4	5
C	A	S	I	A
2	A	M	E	N
3	S	E	R	I
4	I	N	I	R
5	A	S	T	E

1. planta quaedam
2. mente captus
3. aliud alii adicit
4. incipere
5. adsis, sed non sedens

Daniel Weissmann



Responsa iocosa

Discipulae discipulique classium Latinae 3f et 3g scholae nomine 'Brunnenhof' in oppido 'Düdingen' sitae iterum nobis nonnulla opuscula miserunt. Ecce interrogationes et earum responsa iocosa....

Quid est femina flava inter feminas fuscas?
Lacuna memoriae.

Quomodo homo fatuus piscem interficit?
Mergit eum in aquam.

Quid homo fatuus in oryza (Reis) quaerit?
Avunculum 'Ben'.

Quomodo homo fatuus avem interficit?
Eam per fenestram iacit.

Quid est fuscum et in flumina natat?
Haustum theae.

Quid est album et post arborem stat?
Lac timidum.

Quid est viride et sursum et deorsum it?
Pisum in anabathro.

Quid est album et volat per silvam vetustam?
Tarzanus tunica nocturna indutus.


Quod est discrimen inter cummi et sciurum?
Ambo cummi sunt, extra sciurum.

Quod est discrimen inter ciconiam?
Alteri ossa eadem longitudine sunt, imprimis sinistro.

Nuntium ex America accepi: "Frater tuus de vita decessit."
"Tandem signum vitae."

Cur Carolus Audax Aquis sepultus est?
Quod de vita decessit.

Sabina Luginbühl, Olivier Blanchard, Barbara Aeby,
Mathias Stritt, Martin Brandenberger, Olivia Zurkinden



ANXIFERUM THIASI DESIDERIUM

Cor meum (1) maestum meminisse semper
cogitur tempus, quod in eleganti
egimus coetu, bene virginalis
floris amicae.

Tristis, infelix iaceo mariti
hispidas malas oculis pererrans,
nocte stertentis media, merum dum
ructat obesus.

Flos ut attritus pedibus bubulci,
conqueror raprum iuvenale stamen;
spes et aurati levior futuri
lenta nigrescit.

Caudicis spernens stolidi loquelam
rusticam capras modo computantis,
intimo sensu thiasi voluto
otia laeta.

Cui leves quondam didici choreas?
Cui poetarum numeros modosque?
Num fuit tanti Veneres habere
undique carptas?

Cur tot exornas teneras puellas
dotibus, Sappho, quibus haud fruatur
squalidus baro potius lupanar
turpe frequentans?

Hic silens mecum recolo dierum
dulcium gratas series serenas;
et mihi cantus resonare laeti
usque videntur.

Ventulis istuc utinam reporter,
coniugis vinclis propere soluta!
Somnio longo stupefacta tamquam
susciter atro!

Ut mihi tandem liceat relictas
denuo caras socias videre,
inque dilectae gremio magistrae
fundere fletus.

Ac sinar tecum placida quiete
ad senectutem superesse canam,
quo minus mortem paveamus una
opperientes.

Si meis fas sit libitis perire,
in tuo amplexu moriar beata,
solis occasu tepefacta verno,
cara tuenti.

- 1) Anactoria ad dilectam magistram scribens inducitur. Fingendi materiam hausimus ab illis Sapphus, clarissimae poetriae, versibus, quibus Anactoria dicitur, a quodam viro Lydio in matrimonium ducta, facere non posse quin Atthidis thiasique desiderio teneatur (cfr. fr. 96 Voigt).



Orestes Carbonero

De urbe Vineta

In mari Baltico nautae haud procul a litore cuiusdam insulae loca quaedam demonstrant. Dicunt ibi multis annis ante urbem divitem pulchramque fuisse. Fuit sane emporium



celebre et frequens. Sed aliquando fluctus maris magnam partem insulae inundaverunt et urbs aqua mersa est. Paulo ante nautae aspectu singulari terribiti erant. Aspererant enim imaginem totius urbis in caelo apparentem. Haud ignoraverunt omen hoc pessimum esse. Itaque incolis consilium dederunt, ut quam celerrime urbem relinquerent. Incolae autem nautas deriserunt.

Nautae, cum nostris diebus loca ea praetervehunt, viatoribus de interitu urbis narrant. Affirmant quoque domus turesque urbis, caelo sereno, in imo mari aspici posse.

Barbara Maier



Fabulae de artificibus Graecis

Orpheus tam suaviter cecinisse dicitur, ut bestiae feroces audiendi causa latebris exirent, arbores ramos moverent rupesque flerent.

Apelles, pictor Graecus praeclarus, uvas tam veras pinxit, ut aves gustandi gratia undique advolarent.

Pygmalion sculptor egregius fuit. Ex ebore corpus virginis tanta pulchritudine finxit, ut nullum artificium statucae

sculptoris par esset. Pygmalion ipse statuam valde amabat. Faciem eius osculabatur, cum ea sermonem faciebat, eam vestibibus magnificis ornabat. Postremo Venerem deam multis cum lacrimis imploravit, ut statucae vitam inspiraret. Et Venus hac re commota sculptori gratum fecit. Statucae vitam inspiravit. Pygmalion autem laetitia affectus puellam pulcherrimam in matrimonium duxit.

Barbara Maier



Coffeane valetudini nocet?

Gustavus III, rex Suetiae, coffeam venenum putabat. Ad hoc demonstrandum homicida damnatus est potu cottidiano coffeae donec - ut rex putabat - veneno interiret. Alii homicidae venia data est ea condicione, ut cottidie theam sorberet.

Eventus huius experimenti inopinatus fuit: Duo medici, quibus mandatum erat experimentum observare, prius obierunt quam duo homicidae. Paulo post, anno 1792°, rex attentato interfectus est. Tum alter damnatorum 83 annos natus tandem mortuus est. Erat ille, qui theam sorbere iussus erat. De altero autem nemo scit, num - et imprimis, ubi - adhuc coffeam sorbeat. Nam de morte eius adhuc nihil traditum est.



Daniel Weissmann

Aenigma

1	2	3	4	5
2				
3				
4				
5				

1. magna terra in oriente sita
2. uxor filii
3. privignus Augusti imperatoris (Gen.)
4. aequa vel proba
5. provincia Romana (Acc.)

Daniel Weissmann



DE NOVARUM TERRARUM INVENTORIBUS

Pars quarta: De Ioanne Smith atque Pocahonta regis filia

Quis vestrum, cari legentes, pelliculam cinematographicam illam Disneyanam ignoret, quae 'Pocahontas' inscribitur? Qua historiae Americanae pars magni ponderis narratur, sed, ut mos est pelliculas componentibus, non secundum facta, qualia inveniuntur documentis veteribus, sed secundum ea, quae componentes mente fingunt.

Attamen Pocahontae fabula non tota inventa est. Pocahontas enim, filia regis Indiani, re vera exstitit. Etiam Ioannes (vulgo: John) Smith, quem Pocahontam infeliciter amavisse pellicula affirmat, exstitit. Res autem aliter se habuerunt ac pellicula nobis demonstrat.

Ioannes ille Smith (Latine: Faber), vir Anglus saeculo sexto decimo ad finem vergente natus, iam a iuventute terras alienas pervagari valde amabat. Iam quindecim annos natus in Dacoromania contra Turcos pugnavit, ab illis captivatus et sub corona venditus est, principissae autem amicus factus effugere et in patriam reverti potuit.

Ibi amicus ei persuasit, ut navigationem in Americam suscipiendam participaret. Angli adhuc non saepe eo navigaverant neque colonias duxerant. Hispani, Lusitani, Francogalli Batavique iam imperia magna trans Oceanum condiderant, sed Angli, quamvis eis classis maxima esset, piratae ceteros populos divitiis ex America domum ferendis spoliare maluerunt quam ipsi terram colere.

Unica colonia Anglica saeculo iam sexto decimo in America ducta, quae Anglice 'Roanoke' vocabatur atque in regione sita erat, quae hodie Carolina Septentrionalis (vulgo: North Carolina) dicitur, post paucos annos omnino evanuerat nulla vestigia relinquens, neque homines vivos neque mortuorum corpora. Quid illis viris acciderit, etiam hodie nemo dicere potest.

Die autem 26^o mensis Aprilis anno 1607^o tres naves Anglicae Edmundo Wingfield duce sinum adhuc ignotum petiverunt, qui hodie 'Chesapeake Bay' vocatur. Qui sinus permagnus inter hodiernas civitates Mariae Terram (vulgo: Maryland) et Virginiam situs est. Fluvium, qui sinui influit, Angli 'James River' (Latine: Iacobi Fluvium) nominaverunt, quod tunc temporis Iacobus rex primus in Anglia regnabat. Exploratores emissi sunt, qui terram novam perscrutarentur atque nuntiarent, utrum ad coloniam condendam esset apta an non.

Indiani densis in silvis habitantes et advenas e latebris bene observantes primum sagittas in peregrinos iactaverunt, deinde autem familiarius se gesserunt.

Wingfield Ioannem Smith, quem propter nimiam arrogantiam alto in mari catenis vinciri iusserat, nunc propter audaciam emisit, ut Iacobi Fluvium exploraret et, quantum fieri

posset, oram Oceani Pacifici attingeret (tunc enim temporis nemo sciebat, quanta esset America Septentrionalis).

Smith Iacobi Fluvium sequens usque ad eum locum pervenit, quo hodie Ricmondia (vulgo: Richmond), Virginiae atque Civitatum Confoederatarum Americae caput, sita est. Ad suos regressus se torrentes ingentes vidisse et regem Indianorum potentissimum, cui quinque gentes obtemperarent, frequentasse narravit. Oceanum Pacificum autem non invenisse, sed non dubium esse, quin ultra colles propinquos situs esset.

Wingfield autem furibundus Ioannem Smith iterum vinciri et vi trans Oceanum in Angliam remitti constituit. Smith vero rem suam diligenter prae colonorum consilio defendit, ut consilium non Smith, sed Wingfield puniret. Sic rixa inter colonos orta est.

Quid nunc facerent, nesciebant. Castra quidem construxerant, quibus nomen Iacobipolis (vulgo: Jamestown) dederant, sed venari quam agrum colere malentes mox fame opprimebantur. Magis autem eos pestis vexabat, quae e regione palustri oriunda colonorum gregem in dies diminuit.

Mense Aprili centum quinque viri Virginiam attigerunt, mense Septembri septuaginta remanebant, mense Novembri viginti tantum vivebant. Etiam ii certe periissent, nisi ab Indianis mirum in modum essent servati. Qui ex improvise in vasoribus pisces et legumina apportaverunt, ut famem lenirent et vires exhaustas restaurarent.

Sed diu Indianorum familiaritas non duravit, quod paucos dies post, cum Ioannes Smith recreatus et iterum Oceanum Pacificum quaerens per silvas densas vagaretur, sagittis est obrutus et brachio vulneratus. A ducentis circiter Indianis captivatus et ad illum regem potentissimum est dilatus, quem iam nonnullis mensibus ante frequentaverat.

Indiani captivum torquere in animo habebant, sed tunc Pocahontas, regis filia pulcherrima, tam vehementer imploravit, ut ille lacrimis vix repressis Ioannem Smith liberari et ad suos recedere iuberet.

At Iacobipoli condiciones pessimae erant: Navis quidem ex Angli frumenti copias apportaverat, sed etiam novos colonos, homines nefarios et auri cupidissimos. Rex autem Angliae a colonis flagitavit, ut vel aurum domum ferrent vel Oceanum Pacificum invenirent vel primae expeditionis superstites detegerent. Nisi hoc facerent, se nullas iam naves ad eos missurum fuisse praedicavit.

Ioannes Smith, colonorum dux novus, rauca voce omnibus viris laborandum esse exclamavit. Oportere semetipsos videre, ne quid detrimenti caperent. Iacobopolis e regione palustri in regionem salubriorem translata est, frumentum et legumina plantata sunt, mercatus cum Indianis est institutus. Sic annis 1608° et 1609° melius vivebatur in Virginia quam anno 1607°.

Anno 1609° aestate complures naves Anglicae Virginiensi orae maritimae appropinquaverunt. Angli coloniam novam non deseruerunt, sed legatum miserunt, qui Virginiae pro rege praeesset. Ioannes Smith, qui coloniam strenue servaverat, aegre ferens - sperabat enim semetipsum a rege legatum creatum iri - in Angliam renavigavit.

Anno autem 1610° vir mirus nomine Ioannes (John) Rolfe in Virginiam appulit. Qui viginti quinque modo annos natus iam viduus factus uxoris mortem maximopere deploravit et segregatus a ceteris colonis vitam solitariam degit. In horto suo non frumentum coluit, sed tabacum. Ceteri quidem hominem, quem mente captum arbitrabantur, deridebant, sed anno 1614° aliquantulum tabaci Londinium misit. Ibi tabacum illud Virginiense mox magis diligebatur quam cetera tabaca. Coloni nunc Ioannem Rolfe non iam irridebant, sed imitabantur. Iam anno 1620° 100'000 circiter ponderum tabaci in Angliam translata sunt.

Pocahontas, regis Indiani filia, quae Ioannem Smith servaverat, a viro nefario nomine Samuele Argall captivata et in navem Anglicam deportata est. Ibi Ioannes Rolfe eam vidit et amore eius captus ab ea quaesivit, ut uxor fieri vellet. Pocahontas baptizata est et nomen Christianum Rebeccae assumpsit. Anno 1613° Ioannes et Pocahontas-Rebecca matrimonio iuncti sunt, anno 1619° iter maritimum in Angliam susceperunt. Ibi Indiana autem, quam omnes admirati erant, morbo capta obiit.

Virginia autem, prima coloniarum Anglicarum in America Septentrionali ductarum, floruit et crevit.

Duobus fere saeculis post adventum navium primarum Anglicarum, die enim 19° mensis Ianuarii anno 1807°, Stratfordiae filius Virginiae longe maximus et celeberrimus natus est: Robertus Eduardus Lee.

Martin Meier

Seminaria «Latinitatis vivae» Helveticum Morsacense

61. Morsáci [Morschach] in Helvetiâ, qui locus saluberrimus aliquibus centum quinquaginta metris supra lacum «Quattuor Pagorum» situs est, unde montium clivi bene accessibiles sunt maximeque mirabilis prospectus ad lacum ipsum et ad montes circumiacentes praebebetur.

28.7.-3.8.1996

Sunt autem seminaria nostra «*Latinitatis vivae*» prima huius generis, quae inde ab anno 1973^o intra Germaniam et extra instituebantur.

Interea vero alibi quoque complura seminaria quaedam offeruntur, ubi praeter alia non paucae acroases qualitatis variae fiunt. Sed in nostris seminaris participes singillatim inducuntur, ut *Latine loquantur*, id quod in scholis vel alibi vix fit. Sententiae autem et locutiones necesse est sint *vere Latinae*. Itaque etiam neologismi, id est verba novata, sint coloris *vere Latini*, ut et pronuntiatu *vere Latino* proponitur et exercetur. Harum rerum problemata suscipiuntur solvenda, cum necessarium sit, ut etiam de conditionibus rebusque temporis nostri bene convenienterque loquamur. Maximi tamen momenti est ipse *usus linguae Latinae* iugiter indesinenterque exercendus.

Morsacense seminarium Helveticum qui participaturi sunt, mittant epistulas charitativas interrogatorias nominatimque dent definitivae, si tardissime duobus mensibus ante initium, ad

Societatem Latinam
Universität - FR 63
Postfach 151150
D - 66041 Saarbrücken
(numerus telephonicus: 0681 / 302-3192)

19

anno 1996^o futurae et Belgicum Helencinense

62. Helencinense in Belgica, quod oppidum Brabantiae Helencinium (*Flan-drice*: Opheyssisen, *Francogallice*: Héleîne) a Bruxellis aliqua quin-quaginta chiliômetra ad orientem versus abest, ubi est domus multorum conclavium commodissima. Quod aedificium magnificum vereque anplum et spatiosum saeculo duodevicesimo exstructum abbâta fuit Praemonstratensium. Ibi dem etiam viridarium est pernicundum. Pretium denique idem fere est, quod fuit Vavriae, ubi sunt interea condiciones mutatae.

12.8.-19.8.1996

Themata autem, quae in seminaris trariantur, sunt et hilaria et seria, et cotidiana et scientifica, et historica et hodierna.

Denique moderator horum seminariorum erit *Dr. P. C. Eichenseer*, qui iam ab anno 1973^o talia seminaria suscepit prosperrime moderanda, quippe qui esset Latinitatis omnium aetatum vere peritus. Eius cooperatrix, *Dr. Ir. Sigrides Albers*, iam ex compluribus annis eos imprimis, qui primum adsunt, sed etiam alios, delectabiliter diligenterque in constetudinem Latinae loquendi inducit.

Denique pro ipsa *institutione unitus septimanae* 170 marcae Germanicae solvendae sunt, quae pecuniae summa mittatur ad hanc sedem nummariam (pecunia pro pernociatione et victu in deversorio solvenda est):

VOX LATINA
18353-661
Postgroamt Saarbrücken
BLZ 590 100 66 (BR Deutschland)

Seminarium Belgicum qui volunt participare ratione epistulari vel telephonica adeant satis mature D.reim Gaium Licoppe Bruxellensem:

M. le Docteur Guy Licoppe
Avenue de Tervuren, 76
B - 1040 Bruxelles
(numerus telephonicus: (02) 7350408)

SOCIETAS LATINA

18

ERRATA

In annuntiatione seminarium "Latinitatis vivae" anno 1996^o futurae (RVMOR VARIVS 1/96) paginae 18 et 19 per errorem permutatae sunt. Ecce ordo rectus:

- Subnoto RVMOREM VARIVM, ut ipse accipiam (Ich abonniere RVMOR VARIVS für mich selber)

- Subnoto RVMOREM VARIVM DONO DATVM ei, cuius inscriptio cursualis supra indicata est (Ich abonniere RVMOR VARIVS als Geschenkabonnement für jemanden, dessen Adresse oben angegeben ist:)
- Factura subnotationis mittenda est ad inscriptionem cursualem infra indicatam (Die Abonnementsrechnung ist zu senden an:)

Ort, Datum: _____

Unterschrift: _____

Hier bitte frankieren


RVMOR VARIVS
c/o aeschlimann
publicity
Stadthausstrasse 65
CH-8400 Winterthur

PP/Journal

4702 Oensingen

2/96

KALENDIS AVGVSTIS
MCMXCVI



TOMVS 19

FASC. 113